

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

hoc sciamus. Non posse ineffabilem illam gloriam iuxta  
huius mundi statum aestimari. In speculo, 1. Cor. i 3. v. 10.

II. De mortuorum resurrectione hic infallibile argu-  
mentum habemus. Extant de hac testima<sup>t</sup>ria Veteris &  
Novi Testamenti satis clara, Esa. 26. Dan. 12. Joh. 5.

Extant exempla, 1. Reg. 17. 2. Reg. 4. & 13. Luc. 8. Joh. 11.  
Act. 9. & 20. Ergo qui dubitat, Christianus non est. Qui  
vero non dubitat, & tamen in morte trepidat, non intel-  
ligit, quid credat.

III. Omnis error in Religionē nascitur ex ignoran-  
tiam scripturæ, 2. & omnipotentia Dei. Hæc ad locum  
de Cœna egrege possunt accommodari. Sed & ad alios  
omnes.

IV. Consolatio est, quod mortui etiam Deo curæ sunt:  
quod de Abrahamo, &c. constat Viuunt illi Deo, licet no-  
bis sint mortui.

F I N I S.

### T H E M A V I I I .

Mar. 14. v. 38.

*Vigilate & orate ne intretis in tentationem.*

Dispositionem huius Thematis vide supra in primæ  
parte Promptuarii, huius, cum pluribus aliis eiusdem ar-  
gumenti, in Classe VI. Num. X. pag. 466.

### T H E M A I X .

Luc. 2. v. 29.

*Nunc dimittis seruum tuum Domine, &c.*

Vide Dispositionem huius Thematis supra in I. parte  
Promptuarii, Classe II. Num. XVI pag. 146.

Quod si forte alicui placet alia eiusdem loci Disposi-  
tio, poterit esse talis etiam, ut sequitur,

Verba hæc sunt Simeonis illius sensus cuius Lucas me-  
minit cap. 2. Vir autem erat pius & Deum timens, & de-  
siderabat videre Christum in carne.

Acc-

THEM  
decipit etia  
tulando, quo  
dum videtur,  
Com. 102;  
Hierosolymit  
paup. et. Sa  
datur hec 2.  
in vices insti  
mut. Qua ver  
accusat ob  
et. Pannum  
ipso leone  
campanula

Nunc dim  
diminutum in  
Pomphira  
Dominie  
mostrarare  
Et. fieri  
cunquac. gi  
promptus  
Fiat volu  
Singulari  
tudineat  
1. Morter  
ter animal  
fusca (e)  
dumatur ad  
Sic simco  
pletum op  
Ha. 1. 1. 16  
tenui expon  
Hab. 1. 1. 16  
litteris vobis

THEMA VIII. EX NOVO TEST. 433

Accepit etiam singularem hanc promissionem à Spiritu sancto, quod non sit visurus mortem prius, quam Christum vidiisset, suis oculis.

Cum itaq; Christus puer sisteretur Domino in templo Hierosolymitano, admonitus Simeon à Spiritu sancto, Præstò esse Salvatorē (qui desideratus cunctis gentibus dicitur Agg. 2. v. 8) in templo: ibi Simeon puerum Jesum in vlnas suas suscipiens, in hac verba erupit, quæ prælegimus. *Quia vero Spiritu sancto plenus haec loquitur, erunt accusati osservanda.* Sunt autem duas partes huius loci. Primum votum Simeonis. 2. Ratio, quæ additur ab ipso Simeone. Plutes autem concurrant in utraque parte circumstantie, quæ ex Textu diligenter sunt eruendæ.

I. Pars.

Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum vetum tuum in pace.

Paraphrasis huius loci hæc est breviter.

Domine, promisiisti mihi seruo tuo, quod velis mihi monstrare & exhibere filium tuum, priuilegium mortiarum. Et stetisti promissis. Vidi illum meis oculis. Quandoeunque igitur volueris iam, ut ex hac vita discedam, ecce, promptus & paratus ero.

Fiat voluntas tua, quam exspecto humiliter.

Singula verba pondus habent, & singulare doctrinas continent.

I. Mortem suam vocat *solutionem*. Sumpta similitudine ab animalibus, bobus velequis. Jam tempus equum fumantia solvere colla, ait Virgilius. Sic boves iugo suo solvantur ad vespertas, ubi finis laborum est.

Sic Simeon senex & satur dierum, iam cupit solvi: & ad quietem optatam peruenire.

Ideoq; Ns̄ διανυσ. ἡ θλίψει. Eleganter etiam in germanico expressit Lutherus: Läß mich auffahren, / oder hinziehen. Gejhürz nach ab: Mache mich los / von allem Trübsal und Last. Zeiterlaube mir davon zu ziehen/re.

Ecc Disc i-

**D**ISCEMVS, Quomodo debeatuſ ſentire de morte noſtra : quod non ſit tormentum cruciatuſ, ſed ſolutio, à laboribus ad quietem tranſitus, & umbra poſt æſtum, Job. 7.v.2. Mercenariuſ & ſeruſ deſiderat umbram, &c. Et Pauluſ plane idem haþer, Phil. 1.v.23. & deſideriuſ habet; iniquiuſ eis rō aia λύνη ιχει.

Qui etiam inter nos perpendunt, quam bene cum iſpis agatur, ſi moriantur, certe non reſuſtabitur. Somnus, Joh. 11.v.11. Quies Eſa. 56.in fine, Apo. 14.v.13.

**I**. Quando cupit mori Simeon? Nū Nunca. Haſ ipsa hora paratus eſt.

**D**OCEAT, Singulis momentis nos debere eſſe paratos. Nec präfigendum Deo terrānam, quod multi faciunt, dicentes: Si tot annos daretur mihi viuere poſtea lubens morerer. Stultum hoc eſt, quia in morte non queſtitur, quamdiu, Syr. 41.in fine. Du biſt alle Tag als gnug zum sterben.

**III**. Interim tamen nou uget Dominuſ Simeon, ut statim, in haſ hora euocet, ſed voluntati Domini id permittit. Si velit iſipſum diuituſ viuere, nec hoc abnuere. Tu enim ſoluis me, Ego non meiſipum diſſoluam, ait.

**IV**. Idque clarius explicant vocabula: ſecundum verbum tuum Dixiſti, mihi moriendum, ſi uiderim Christum. Expecceto itaque, quando uelis euocare. Ego prompuſ & paratus ſum.

**V**. Idiſipſum quoque oſtendit, dum ſe vocat Domini ſeruum. At non penes ſeruum eſt, quando velit ceſſare à labore: ſed penes Dominuſ hoc eſt, Wann er jhme Feſterabend gebe.

Sic itaq; vult pendere à nutu ſui Domini, ut decet ſeruos. Psal. 123.v.2.

**VI**. Idem quoque ſenſuſ eſt verborum, in pace. Vult cum bona pace heri ſui diſcedere, non inuitu Domino.

**I**. Decent hæc quatuor poſtrema membra ſue potius vocabula huicſententiaz peccare eos qui hanc vitam moleſtam pertæſi, ex impatientia tantum, optant mori;

THEMA VIII. EX NOVO TEST. 435

mori; nec exspectare volunt tempus à Deo præfinitum: quando Dominus ipsos velit soluere. Hæc impatientia cernitur in Rachele, Genes. 30. v. 2. & in Jona, Jon. 4. vers. 8. atque in nobis ferate omnibus. Elias etiam magnus ille Domini Propheta, non omni ex parte excusari poterit ab eadem infirmitate, 1 Reg. 19. v. 4.

At sicut in omnibus, ita haec in parte, semper dicendum, Fiat voluntas tua. Sumus enim serui Domini. *Er weiß manus Zeit ist. Wird dich nicht verschlaffen lassen.* secundum verbum tuum heisst es. Et non secundum verbum nostrum.

II. At quandocunque moriendum, hoc agendum, ut in pace moriamur. Eadem verba sunt Davidis Psalm. 4. v. 9. Vide supra in Dispositionibus Thematum ex Veteri Testamento, Dispositionem XXXVIII. in hac Classe. Iustificati autem fide pacem habemus cum Deo. Rom. 5. v. 1. Et beati, quorum peccata recta, Psal. 32. vers. 1. Illi in pace, hoc est, tranquilla conscientia mori possunt.

III. Demus operam, ut simus in numero seruorum Domini. Quid sit ministrare ipso vide infra in ultima censu tutia, Dispositione XXV. ex Joh. 12. parte 2.

I. Pars.

Videmus Simeonem paratum mori. Quid facit illum tam promptum? Quod senex est? Minime. Nemo tam senex, qui se non annum vivere posse putet, ait Cicero. Unde igitur haec promptitudo? Non à natura. Omnes enim timent mortem. Alia ergo causa subest. De qua sequitur.

1. Vide salutare. Meum salvatorem & omnium populum.

2. Lumen vidi. Ergo tenebras mortis non timeo.

3. Gloriam Iraelis vidi. Ergo non curio mortis infamiam: non putredinem illam. Hiob. 13. vers. 8. & corruptionem, Job. 17. v. 14. Hic iam remitto Lectorem ad ea, quæ in I. parte Promptuar. huius extant p. 148. Vide ibi.

F I N I S.

E c 2

THE